um vel oꝛdinatus ad ſacrum oꝛdinem
tenetur dicere officium ſuum ſecunduꝫ
conſuetudinem eccleſie ſue. Sũt tamẽ
oẽs cardinales ⁊ omnes epiſcopi pꝛiui-
legiati quot clerici ſibi ſeruientes cuiuſ
cumqꝫ oꝛdinis ſint poſſint ſecum cõfoꝛ
mare in dicendo officiuꝫ et reputantur
debitum ſui officij perſoluiſſe. Si au
tem obligatus ad officium ipſum dice-
re pretermittat ĩ parte vel in toto tenet̃
ipſum ſatiſfacere nec poteſt abſolui niſi

reficiendo: et ideo quilibet clericus debet cum magna cautela aduertere ne suum officium pretermittat. Nam tanta est obligatio quam habet clericus ad diuinum officium: quod etiam degradatus vel excommunicatus: vel suspensus: aut interdictus non potest suum officium pretermittere.

Rubrica de peccato in genere.

Sciendum est post sacramenta ecclesie per que nobis peccata remittuntur. De conditione peccatorum. Unde est notandum quod peccatum generaliter loquendo est duplex: videlicet peccatum originale quod peruenit ab origine conceptionis in ventre matris: quia in peccatis concepti sumus. Et vocatur peccatum primorum parentum: quoniam ab ipsis hoc peccatum traxit initium. Aliud est peccatum actuale quod propria auctoritate et consensu committitur. Et istud peccatum potest committi postquam quis peruenerit ad septimum annum sue etatis. quia tunc dicitur habere voluntatem: ex qua potest peccare et non peccare. Originale autem peccatum ante tempus gratie id est ante aduentum christi remittebatur propter circuncisionem. hodie vero remittitur per sacramentum baptismi: de quo sacramento supra dictum est. Peccatorum autem actualium. Aliud est veniale: et aliud est mortale. Veniale autem dicitur quia non occidit ad mortem: sed faciliter habet veniam. i. remissionem. Mortale vere dicitur quia occidit animam hominis ad mortem eternam.

Rubrica de peccato veniali.

Venialia peccata sunt peccata leuia que non sunt mortalia. i. non inferunt penam mortis eterne: sed aliquam penam temporalem: et talia peccata leuia sunt sicut est loqui verba ociosa. Item comedere vel bibere plusquam est necessarium: non tamen intelligas in tanta superfluitate quod transeat in peccatum gule quod est mortale. Item quando homo plus vel minus loquitur quam expediat. Item quando homo non humiliter tractat pauperes. Item quando tardius vadit ad ecclesiam quam debeat. Item quando plus dormit quam conueniat. Item quando magis exasperat reprehendendo proximum vel corrigendo: et magis irascitur quam debeat. Item quando dicit aliqua verba ficta ad complacentiam alterius ipsum laudando et adulando ei. Item quando in ecclesia dicit aliqua verba ociosa vel derisoria vel vana non pertinentia ad diuinum seruitium. Item quando iurat non requisitus: licet iuret veritatem: quia tunc si iuraret mendacium esset peccatum mortale et non veniale. Hec autem et similia sunt peccata venialia. Est autem sciendum quod peccatum veniale remittitur multis modis. Primo per penitentiam. Secundo per dignam receptionem corporis christi. Tertio per aspersionem aque benedicte. Quarto per orationem dominicam scilicet pater noster. Quinto per generalem confessionem que fit in missa vel in officio prime vel completorij: siue post predicationem. Sexto per benedictionem episcopi. Septimo per elemosynarum largitionem: quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosyna extinguit peccatum. Octauo et vltimo per extremam vnctionem idest quando datur oleum sanctum alicui infirmo prope mortem. His omnibus modis peccata venialia remittuntur: et hoc est intelligendum quando homo non habet mortale delictum: quia tunc fit ei talis remissio. Existens autem in peccato mortali non potest habere remissionem venialium peccatorum nisi primo fit purgatus a mortalibus peccatis.

Rubrica de septem peccatis mortalibus. S.

Eccata mortalia ſunt ſeptem
quorum ſuperbia caput ⁊ pn̄-
cipium omnium eſt: per quaꝫ
lucifer de celo cecidit: ⁊ homo
primus de paradiſo terreſtri expulſus
eſt. Et omnium malorum ſcilicet pecca
tum prouenit ex quecunqꝫ fiunt princi-
pium ſemper eſt ſuperbia hoc inobediē
tia mandatorum dei: que quidem iobe
dientia peruenit ex fundamento ſuper
bie. Ut autem eius conditio intelligat:
ſciendum eſt ꝙ ſuperbia cōmittitur di-
uerſis modis. Et primo quando eſt in-
obediēs maioribus ſuis ⁊ deſpicit equa
les: ⁊ cōtemnit minores ſuos propter
ſuperbiam. Item quando contendit li-
tigando ⁊ exclamādo ⁊ vult omnes vin
cere vt appareat ſapientior ceteris. Itē
quando per iactantiam ſe laudat: laudā
do ⁊ magnificando opera ſua coram ho
minibus vt laudetur alijs. Item quan-
do per hypocreſim onſtendit ſe bonum
⁊ deuotū ⁊ tamen eſt iniquus ⁊ magnꝰ
peccator. Item quando ē pertinax ⁊ ob
ſtinatus in defendendo maluꝫ quod fe
cit vel dixit: nec vult confiteri ſe erraſ-
ſe ꝓpter eius ſuperbiam vt videatur ſci
re vltra ceteros. Item quādo diſcordat
cum alijs: accipiendo ſemper contrariā
partem: vt diſcordet ſe a ceteris volen-
do ſuſtinere ſuam opinionem cōtra ve
ritatem ⁊ eē ceteris meliorem ꝓpter eiꝰ
ſuperbiam. Item quando ꝑſumptione
nouitatum fingit res nouas: ⁊ mirabi-
lia ſe feciſſe vel vidiſſe: vt reputetur no
tabilis iter ceteros: ⁊ laudetur ab homi
nibus. Item quando non recognoſcit
gratias ſibi collatas a deo: ſed potius at
tribuit eas ſuis meritis ⁊ virtutibꝰ. Itē
quando deſiderat ⁊ querit ſibi maiores
honores ꝙ̄ conueniat: ⁊ exiſtimant ſeip
ſum plus valere ꝙ̄ valeat propter ſuam
ſuperbiam. Et ex his ⁊ ſimilibus modiſ
committitur peccatum ſuperbie qđ eſt
mortale peccatum.

De inuidia qđ ē ſm pctm̄ mortale.

Inuidia eſt ſecundum pec-
catuꝫ mortale qđ ē vitiuꝫ īfeli-
ciſſimum: qm̄ nocet tantuꝫ ſi
bi ⁊ non alijs. Nam inuidia
ſemper reddit hominem inuidum in ſe
metipſo. Unde cum alia peccata morta
lia videantur dare aliquam delectatōeꝫ
ſenſualem hoc miſerrimuꝫ vitiū nullā
penitus delectationem dat: ſed ſolam
triſtitiam ſemper habet. Committitur
autem hoc peccatū multis modis. Pri
mo quando quis gaudet de alieno ma-
lo ⁊ contriſtatur de alieno bono. Item
quando deſiderat malum alienū: ⁊ nol
let bonum alienuꝫ propter eius inuidi
am. Item quando quis ſuſurrat i occul
to verecundiaꝫ proximi ſui vt diffiniet
proximuꝫ apud homines ne ſibi equa-
lis in virtute reputetur. Item quando
in publico detrahit honori: ⁊ reputatio
ni proximi: vel verecundiam ſibi inferē
do verecundādo eam coram hominibꝰ
vt ꝓximus deſpiciatur: ne poſſit repu-
tari equalis ſibi in fama vel aliqua vir-
tute. Item quando quis impedit ne bo
num aliquod perueniat ad proximuꝫ:
ſiue faciat hoc cum verbis ſiue cuꝫ ope
re per ſe vel per alium. Et his ⁊ ſimilibꝰ
modis cōmittitur peccatum inuidie qđ
eſt mortale peccatum.

De ira qđ eſt tertium peccatū mortale.

Ira eſt tertium peccatū mor-
tale qđ eſt preter cetera ďlicta
mortalia nociuum tam ꝓprio
ſubiecto ideſt ipſi homini ira-
cundo ꝙ̄ ꝓximo contra queꝫ iraſcitur.
Sibi enim nocet nimis: quoniam facit
hominem perdere rationem ad diſcer-
nendum verum. Unde facit quodam-
modo hominem effici beſtiaꝫ ⁊ animal
brutum quod caret ratiōe. Nocet etiā
proximo propter mala que iratꝰ homo
facit contra proximum ſuum. Com-
mittitur autem hoc peccatum multis
mōis. Primo quādo q̄s de facili iraſci-

tur z facit libenter questionem cum p͛ximo vel cum verbis vel cuz factis. Itē quando quis de facili turbatur in mente sua z prouocatur ad iram. Et hoc vulgariter dicitur spisma: quasi habens toxicum in mente sua. Item qnādo quis insurgit de facili in contumeliam siue i iuriam proximi sui cum iniurijs z blasphemijs. Item quādo quis occidit vel mutilat aliquod membrū ex animo turbato ad offendendum proximo. Item quando quis ex ira blasphemat nomen dei. z aliorum sanctorum: vel fidem siue aliud nomen venerabile. Et his similibus modis committitur peccatum ire quod est mortale.

De accidia quod est. iiij. peccatum mortale.

Accidia quod est. iiij. peccatuz mortale. Et hoc ē valde triste z reprehēsibile peccatū. Cuz enim deus dederit nobis sensus corporis: videlicet pedes z manus z cetā. vt laborare possimus z exercitare nos in hoc mundo in quo positi sumus z tamen in tristitia z inertia ɔsumimus vitā nostram sine aliquo exercitio laudabili: valde in nobis reprehensibile est Naz formica que est animal brutum absqz ratiōe: z paruum preter cetera animalia: nullas quasi vires corporis habens: tamen semper laborat ad victum quanto magis et nos qui rationem habemus z intellectum: non debemus in uanum z inuacuum gratiaz dei recepisse. Et hoc peccatuz committitur multis modis. Et primo quādo quis stās ociosus cogitat malum: et cogitat quo modo possit suam malam machinationem perducere ad effectū. Item quādo quis per suam pigritiam non confidit multa bona facere que tamen facere possit: sed tamen propter pigritiam suam non ponit se ad faciendum illa. Item quando homo non satisfacit offitio ad quod tenetur: z hoc facit ꝓpter inertiam z pigritiam suam: z hoc maxime est considerandum apud clericos. qui non debent propter pigritiam dimittere horam offitij sui. Item quando homo efficitur tristis ad bonum peragendum propter lōgum otiuz. Item quā do homo stās sine exercitio cogitat malas cogitatiōes circa res illicitas. His autem z similibus modis committitur peccatum accidie: quod est mortale peccatū: z est nobis cauendū.

De auaritia quod est quintum peccatū mortale.

Auaritia est quintum peccatū mortale: quod est valde deo odiosum: quoniam bona que nobis concedit deus gratis in hoc mundo nos volumus violenter rapere: et cupide detinere: et nolumus cōmunicare proximis nostris. Et iō apostolus multum vituperans hoc vitium dicit. Auaritia est idolorum seruitus siue cultus. Nihil enim potest esse magis iniquum ꝙ ponere se ad seruitutem idolorum: z ideo hoc valde magnū peccatum est. Et est magnus laqueus diaboli: quia per ipsam auaritiam multi quotidie damnantur: et committitur hoc peccatum multis modis. Primo quando homo ponit totuz eius animū ad acquirendum pecuniam. Unde siue comedendo siue bibendo vel audiendo diuinum offitium semper habet cor suum ad pecuniam cumulandaz propter eius auaritiam z cupiditatem. Itē quādo homo decipit proximū v ab eo possit aliquid lucrari. Item quando per cupiditatem nō subuenit proximo in sua necessitate ꝺm possibilitatem suaz. Itē quando per auaritiam non satisfacit familie sue ꝺm occurrentem necessitatez siue in cibo siue in potu siue in vestitu z similibus ꝺm honestatem sui status. Item quando non ꝓuidet sibiipsi in vi-

ctu et vestitu secundum statum suum. Item quando dicit mendatium et facit periuria vt plus vendat vel minus emat q̃ res valeat et hoc vt lucretur aliquid propter eius cupiditatem. Et sic plus diligit vnum denarium q̃ honorem dei: quem periurat: et q̃ amorem proximi quem decipit. Item quando homo facit iniusta lucra sicut vsuram: et venditiones vel emptiones prohibitas et similia illicita lucra: quibus totus mũdus hodierna die corruptus est que omnia propter excrescentem auaritiaz sunt introducta per malitiam hominũ Unde ⁊ his similibus modis committitur peccatum auaritie quod est peccatũ mortale.

De gula quod est sextum peccatũ mortale.

Gula est sextum peccatũ mortale: quod inter cetera vitia ẽ valde bestiale. quoniam facit hominem effici tanq̃ porcuz siue canem qui nihil appetunt nisi saturitatem ventris. Sic enim facit gulosus homo: quia et ipse ponit totum bonum sue felicitatis in gula. Unde apostolus in reprehensionem istoruz dicit. Quoruz deus venter est. faciunt enim isti ventrem suum deum sibi. et conuertunt similitudinem dei. in naturam bestie. Unde d̃ istis psalmista dicit homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus. et similis factus est illis. Et ab isto vitio se maxie debent clerici precauere. quoniam gula est incentiuuz et nutrimentũ luxurie. Unde apostolus dicit. Fratres nolite inebriari vino in quo est luxuria. et hoc peccatum gule committitur multis modis. Primo modo quã do homo per ingluuiẽ comedendi non vult expectare tempus ordinatum ad comedendum. Et in hoc peccant multi qui in die resurrectionis summo mane surgunt ⁊ currunt ad comedendum ouas vel carnes antequã audiant diuinum officium. Similiter quidam faciunt i nocte carnispriuij qui propter gulositatem ⁊ ingluuiem stant ad comedẽdum carnes tota nocte. ⁊ ouas ⁊ similia. Unde tales peccant mortaliter ⁊ violant quadragesimaz que incipit quo ad priuationem carnium immediate post horam cene precedentis diei. Item cõmittitur hoc peccatum gule quando q̃s querit ⁊ procurat habere preciosa cibaria diuersorum saporum: vt cum maiori gulositate comedere possit ⁊ bibere. Item quando quis inordinate bibit vl' comedit plus assumendo quã sibi conueniat solum propter ingluuiem ⁊ delectationem gule. Item quando cum nimia velocitate comedit: vel bibit propter quod videtur potius ita deuorare q̃ comedere. Item quando ponit studium suum ⁊ totam cogitationem suã in bene comedendo vel bibendo: ita q̃ vbi est vnus bolus siue morsellus. illũ vult habere ⁊ sic de bono vino. Et totã curam suaz consumit in huiusmodi gulositatibus. Item quando homo q̃cquid habet expendit pro gula sua. Itez quando tempore prohibito ad comedẽdum carnes vel diebus ieiunij aliquis non obseruet mandatum ecclesie propter eius gulositatem. His autem ⁊ similibus modis committitur peccatũ gule quod est peccatum mortale.

De luxuria quod est septimum peccatum mortale.

Luxuria est septimum ⁊ vltimum peccatuz mortale quod est fetiduz turpe ⁊ verecũduz vltra cetera peccata in tantuz q̃ etiam eius nominatio est verecunda inter morales ⁊ honestas personas.

quanto magis eius commissio. Unde apostolus volens hoc peccatum execrare ait: luxuria siue fornicatio ne nominetur in vobis. Et hoc est turpius ceteris peccatis: quoniã alia peccata maculant solum animam: hoc autem peccatum tante est turpitudinis quod corpus deturpat vna et animam. Est quoque periculosum vltra cetera vitia: quoniam homo faciliter capitur in eo. Unde nos possumus pugnare cũ ceteris vitijs et peccatis: sed ab isto oportet fuger. Unde clerici maxime ab hoc peccato se precauere debent: quoniam tanto magis deum offendunt peccando in hoc vitio quam ceteri: quanto maiorem gratiam receperunt a deo cuius ministri facti sunt. Unde dicit beatus Ambrosius in quodam suo sermone. Tanto quis humilior atque ad seruiendum deo promptior debet esse exmunere: quanto se obligatorem conspicit in reddenda ratione. Unde magnus terror et tremor debet esse in clericis ne immundi accedãt ad ministerium christi: quoniam sibi iudicium manducant et bibunt secundũ apostolum. Et hoc peccatum committitur multis modis: de quibus non est multum particulariter dicendum: cũ malitia presentis tẽporis facile cognoscat et intelligat omnes modos ex quibus in hoc peccato homo peccare potest. Ut tamen aliqui modi notentur. Committitur enim hoc peccatum luxurie. Primo quando homo in carnalibus desiderijs et luxuriosis cogitationibus delectatur in mente sua: et vellet talia desideria adimplere. Item quando homo loquitur verba luxuriosa et inhonesta cum desiderio et voluntate carnali. Item quando videt aliquam personam et trahitur ad libidinosam voluntatem in eam dicente domino nostro Jesu christo in euangelio. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iã mechatus ẽ in corde suo. Item cõmittitur hoc peccatũ per amplexus et oscula libidinosa et alios inhonestos tactus libidinose commissos in semetipso vel in alia persona. Item committendo peccatum carnis cum corporis pollutione. Et hoc committitur tot modis quot modis iniquitas carnis potest satisfacere sue voluntati libidinose. Quorum modorum tanto est vnus grauior altero quãto vnus magis displicet deo quam alter. Hoc tamen pro sacerdotibus est notandum: vt cũ ex aliquo modo se senserint in hoc peccato pollutos atque immundos: non accedant aliquo modo de propinquo ad celebrandum: etiam si fecerint confessionem suam nisi necessitas cogeret. quoniam post tale peccatum remanet immundicia corporalis: que non tollitur per confessionẽ licet mentalis culpa remittatur: sed abstineat se qui fuerit in hoc peccato mortali maculatus per tres vel quattuor dies: vel occurrente necessitate celebrandi saltem per viginti quattuor horas se abstineat: ex quo tempore reintegratur inordinatio corporalis. Nullus enim debet immundus accedere ad tãtum sacramentum. Et si accedat sibi iudicium manducat et bibit: pro vt secundum apostolum supra dictum est. Et istis omnibus modis committitur peccatum luxurie quod est mortale. Et ista septẽ vitia superius numerata sũt peccãta mortalia que damnant animã ad mortem eternam.

Rubrica de triplici modo peccãdi in deum.

Sciendum est quod tripliciter peccamus in deum: quoniam aliquando peccamus ĩ patrẽ aliquando in filium: aliquando in spiritum sanctum. Item patrẽ quidem peccamus per fragilitatem siue impotentiam: quia potentia que est

sibi contraria attribuitur patri. Unde quando homo vellet non peccare et tamen superueniente tentatione non est fortis ad resistendum sed per fragilitatem suam vincitur ab ipsa tentatione tunc dicitur peccare in patrem quia per potentiam peccat. Et hoc modo peccauit petrus quando christum negauit quia timore mortis hoc fecit. Unde per fragilitatem hoc fecit: id est dicitur peccasse. In filium peccamus per ignorantiam: quia sapientia est sibi contraria: que attribuitur filio. Unde quando homo non cognoscit id quod cognoscere debet: et putans non peccare peccat: tunc dicitur peccare in filium: quia per ignorantiam peccat. Et hoc modo peccauit Paulus persequendo ecclesiam dei: quia ignorabat christum esse filium dei: et sic per ignorantiam peccauit. In spiritum sanctum peccamus per malitiam: quia bonitas que est sibi contraria attribuitur spiritui sancto. Unde quando homo cognoscit peccatum et potest resistere ipsi peccato et tamen non vult sed per solam malitiam dat causam peccato: tunc dicitur peccare in spiritum sanctum quia per malitiam suam peccat non per fragilitatem vel ignorantiam. Et hoc modo peccauit iudas proditor tradens christum: quia sepe admonitus a christo poterat desistere ab ipsa proditione. Et sciebat se peccare quia cognouit se tradere sanguinem iustum. Et tamen per suam malitiam atque iniquitatem voluit peccare: et sic per malitiam peccauit. Peccatum in patrem et filium remittitur quia de facili superuenit contritio per quam homo ducitur ad penitentiam: et impetrat remissionem peccatorum: sic fuit in Petro et Paulo qui penitentia ducti sunt et salui facti sunt. Peccatum autem in spiritum sanctum neque remittitur in hoc seculo neque in futuro: id est difficile est vt remittatur in hoc seculo quantum ad culpam et in futuro quantum ad penam: quia postquam voluntas obstinata est in malum non potest habere vnquam penitentiam nec contritionem. et deo nunquam habet remissionem. Et sic fuit in iuda proditore: qui finaliter desperatus laqueo se suspendit: et descendit in infernum et in damnationem eternam. Et sic non habuit remissionem in hoc seculo quo ad culpam neque in futuro quo ad penam.

Rubrica de peccato cordis oris et operis.

Sciendum quod tribus modis homo potest peccare videlicet. In corde. In ore. et in opere. In corde enim peccamus male cogitando: male desiderando: male volendo et similibus: que ex corde procedunt. In ore peccamus blasphemando periurando: murmurando: officium et orationes debitas sine deuotione dicendo: et ex similia que ex ore committuntur. In opere peccamus furando verberando vel occidendo proximum. Peccatum gule vel luxurie actualiter committendo et similia que existunt in actu operationis.

Rubrica de quinque sensibus corporis.

Sciendum est quod quinque sunt sensus corporis ex quibus homo operatur omnem actum corporis siue in bonum siue in malum. Quorum primus est sensus visus qui prouenit ab oculis. Unde quando homo videt aliquam delectationem sensualem ex qua visione homo inducitur ad peccandum: tunc visus operatur in malum. Quando autem se abstinet ab illicitis visionibus et libenter videt res spirituales et virtuosas. Ut est videre corpus Christi

ꝛ légere scripturas sacras ꝛ similia: tunc
visus operatur in bonum: ꝛ in hoc con
sistit sensus visus. Sensus auditus
est secundus sensus qui prouenit ab au
ribus siue auriculis. Unde quando ho
mo libenter audit res turpes ꝛ vanas:
ac inhonestas contra deum: vel contra
proximum tunc auditus operatur ī ma
lum. Contra vero libenter audit verba
dei sicut sunt diuina officia predicatio-
nes ꝛ alia dei mandata: ꝛ audit libenter
ꝛ cum gaudio bonum proximi sui tunc
auditus operatur in bonum. Et in hoc
consistit sensus auditus. Sensus gu
stus est tertius sensus compoꝛis qui
prouenit ab oꝛe in gustando res sapidas
vel insapidas. Unde quando homo co
medit vel bibit: ꝛ ex hoc capit indebitā
delectationem in gustando res delica-
tas ꝛ procurant talia habere pro delecta
tione gustus: tunc sensus gustus ope-
ratur in malum. Cum vero gustat res
viles non preciosas ꝛ contentus effici-
tur sicut res delicate essent: ꝛ abstinent
se a cibo ꝛ potu ob dei reuerentiā cum
ieiunijs ꝛ abstinentijs vt deprimat de-
lectatónem gule: tunc gustus operatur
in bonum. ꝛ in hoc consistit sensus gu-
stus. Sensus odoꝛatus est quartus
sensus coꝛpoꝛis qui prouenit a naso cū
quo adoꝛamus. Unde quando homo
odoꝛat aliquam rem illicitam pro dele-
ctatione coꝛpoꝛis: ꝛ procurat poꝛtare
odoꝛamenta pro se supra se vel in mani
bus pro delectatione sensuali: ꝛ querit
profumigationes odoꝛificas ad sensua-
lem delectationem: tunc odoꝛatus ope
ratur in malum. Cum vero abstinet se
ab his illicitis odoꝛamentis que sunt ī
citatiua ad malum ꝛ non recusat pro-
pter fetoꝛem seruire infirmis quantun
cunqꝫ sint putridi: ꝛ pro opere pietatis
huiusmodi fetida sibi īputat suauia: tūc
odoꝛatus operatur in bonum: ꝛ in hoc
consistit sensus odoꝛatus. Sensus
tactus est quintus sensus coꝛpoꝛis et
vltimus: qui principaliter prouenit a
manu. Sed tamen committi potest a
quocunqꝫ membro coꝛpoꝛis: vel tangē
do aliquam rem: vel ꝙ tangatur ab alia
Unde quando homo tangit rem in ho
nestam in se vel in alium cum delecta-
tione sensuali ꝛ vana: tunc tactus ope-
ratur in malum. Cum vero abstinet se
ab illicitis tactibus ac libenter admini-
strat cum manibus suis pauperibus et
egenis: ꝛ libenter ac reuerenter tangit
res spirituales ꝛ deuotas. ꝛ libenter au
dit predicationes ꝛ vadit ad ecclesiam: ꝛ
facit libenter peregrinationes ꝛ poꝛtat
silicium super carnibus suis: ꝛ facit di-
sciplinas castigādo coꝛpus suum vt do
met carnem suaꝫ. tunc tactus operatur
in bonum. in hoc consistit sensus ta-
ctus. In hoc autem sensu tactus de-
bent maxime sacerdotes se custodire vt
sint mundi ab illicitis tactibus: quoni-
am habent administrare coꝛpus ꝛ san-
guinem sacratissimum domini nostri
Jesu chꝛisti. Et habent quotidie tange-
re ꝛ pertractare alias res sacras: vnde in
stitutum est ꝙ quilibet clericus volens
tangere aliquam rem sacram siue ali-
quam rem benedictam: vel facere aliqđ
sacrum ministerium. Primo lauet ma
nus. Unde in qualibet sacristia cuius-
libet ecclesie debet semper esse aqua pa
rata cum robalia ad lauandum manus:
vt quilibet clericus possit lauare manꝰ
suas āteꝗ̄ administret res sacras ne cū
imundis manibus tangat temere res
sacras in suam damnationem.

Rubꝛica de operibus satisfacto
rijs pro peccatis.

Sciendum est ꝙ opera satisfa-
ctoꝛia pro peccatis principali
ter consistunt in tribus operi
bus. Videlicet in oꝛatione in
elemosina ꝛ in ieiunio. Et licet per mul
ta alia opera possit etiam homo satisfa-

cere pro peccatis suis ꝛ placere deo: tamē oia illa reducūtur ad ista tria. Quoniaȝ omnia opera contemplatiua: sicut est legere diuinas scripturas: loqui de deo: ꝛ audire predicationes ꝛ alia diuina officia reducuntur ad orationeȝ que est opus contemplatiuum. Omnia autem opera que faciunt pietatem in ꝓximum sicut sunt opera misericordie: de quibus infra proxime dicitur reducuntur ad elemosynaȝ que est opus pietatis. Omnia vero opera corporis afflictiua vt sunt vigilie: disciplie: lacbryme: genuflexiones: peregrinationes: ꝛ similia reducuntur ad ieiunium quod est corporis aflictiuū. Et per hec opera satisfacimus pro peccatis nostris et placemus deo. Quorum omniuȝ celebratio misse plus valet quam omnia supradicta: quoniaȝ omnia tria in se cōtinet opera supradicta: scilicet orationē que dicitur in missa: elemosynaȝ: id est oblationem hostie ꝛ calicis. Et ieiunium quoniam nullus debet celebrare nisi sit ieiunus.

Rubrica de operibus misericordie.

Sciendum est ꝙ dupliciter agimꝰ misericordiam cum proximo: vno modo corporaliter idest subueniendo sibi in corpore. Alio modo spiritualiter idest subueniendo sibi i spiritu. Opera vero misericordie ex quibus subuenimus proximo in corpore sunt septē. Quorum primum est pascere famentem hoc est quando homo videt paupereȝ habere famen dare sibi ad comedendum: potare sicientem: hoc est quando homo videt pauperem habere sitim: dare sibi ad bibendum. Vestire nudos hoc est quando homo videt pauperem nuduȝ ꝛ habere necessitateȝ in vestibus vel calciamentis subuenire sibi ꝛ coopire cuȝ pro eius necessitate. Ministrare īfirmis: hoc est quando homo videt vel sētit aliquem infirmum qui habet necessitatem vt sibi seruiat: seruire sibi in sua infirmitate ꝛ sibi aministrare. Visitare icarceratos: hoc est ire ad carceres ad visitandum ꝛ confortandum carceratos: ꝛ eos redimere ex sua facultate si potest: vel procurare sibi elemosynas alienas si ex suo non potest. Suscipere peregrinos hoc est non habētes domos vel hospitium recipere eos in domum propriam ꝛ dare sibi cohopertorium ꝛ refectionem. Sepelire mortuos: hoc est quando homo videt corpora mortuorū qui non habent qui eoruȝ corpora sepeliant sepelire ea si potest: vel facere ea sepelire cum elemosyna aliena. Et hec omnia sunt opera misericordie de quibus ibimus in die iudicij reddere rationem.

Opera autem spiritualia ex ꝗbus misericorditer subuenimus proximo i spiritu sunt etiam septem quorum primum est.

Audere propter bōa proximi ꝛ condolere de eius aduersitatibus: hoc est quando homo videt ꝙ proximus habet bonum debet secum gaudere. Et econuerso quando habet malum debet secū ꝯdolere. Hoc opus misericordie ostēdit nobis apostolus dicens. Gaudete cum gaudentibus: ꝛ flete cum flentibus. Secūdū parcere inimicis: hoc est ꝙ debeo parcere illis qui fecerunt mihi iniurias. Et hoc opꝰ misericordie quottidie approbamus cum dicimus orationē dominicam. vbi dicimus. Domine dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Tertium corripere delinquētes: hoc est quando video aliquem malum facere debeo ipsum reprehendere ꝛ castiga-

ii.

re. Et hoc opus misericordie denotauit nobis christus cum dixit in euangelio si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum solum. Quartum pacificare discordes hoc est quando vides aliquas habere discordiam inter se debeo eos pro posse meo insimul pacificare: et ad concordiam reducere. Et hec opus misericordie laudauit christus in euangelio cum dixit beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Quintum docere ignorantes. hoc est quando video personas ignorantes et grossas debes docere eas et instruere ad bonos mores et maxime in his que pertinent ad earum salutem. Hoc autem opus misericordie christus nobis ostendit cum dixit in euangelio. Si quis vnum de mandatis meis impleuerit et sic docuerit homines: hic magnus vocabitur in regno celorum. Sextum consolari afflictos hoc est quando vides aliquem in aliqua tribulatione debes ipsum exhortari: et dare sibi confortationem ad consolandum eum. Et hoc opus misericordie ostendit Dauid propheta: cum de hoc conqueritur in psalmo omnes in persona chrysti non habentis in passione sua qui consolaretur eum. Unde sic dixit. Et sustinui qui simul sibi contristaret et non fuit: et consolaretur et non inueni. Septimum orare pro cunctis: hoc est facere orationem ad deum pro omnibus fidelibus viuis atque defunctis et maxime pro benefactoribus. Ad quod clerici principaliter tenentur qui quotidie propter hoc recipiunt oblationes et elemosynas de manibus laicorum: hoc autem opus misericordie comprobauit beatus Jacobus in epistola sua dicens. Fratres orate pro inuicem vt saluemini. Et in his spiritualibus operibus nullus potest se excusare: siue sit diues siue sit pauper: siue sit sanus siue sit infirmus. Quoniam in his non requiritur facultas corporalis sed spiritualis cum quilibet tantum diues est quantum vult.

Rubrica de virtutibus in quibus homo potest operari bonum.

Sciendum est quod septem sunt virtutes quibus homo virtuose viuit et in bonis moribus se exercet. Quarum quattuor vocantur morales: quia ad bonos mores disponunt. Et tres vocantur theologice: quia disponunt homines ad theologiam: que est cognitio veri dei. Uirtutem autem moralium prima est. Prudentia que est virtus regens omnes ceteras virtutes: quia vbi non est prudentia nulla virtus potest esse laudabilis. Unde virtus prudentie facit hominem cogitare preterita: bene disponere presentia et prouidere futura. Et in hoc principaliter consistit virtus prudentie. Temperantia facit hominem sobrium in comedendo et bibendo: et castum in concupiscentia carnis et modestum in omni sua operatione. Unde hec virtus facit hominem non plus vel minus desiderare quam debeat. Et in hoc consistit virtus temperantie. Fortitudo facit hominem esse constantem et rectum tam in prosperitatibus quam in aduersitatibus. Unde facit quod homo propter prosperitatem siue gloriam huius mundi non se erigit vel superbit. Neque propter aduersitatem siue persecutiones se deprimit vel desperat: sed semper est constans et perseuerans in bono animo. Et in hoc consistit principaliter virtus fortitudinis. Justicia facit hominem viridicum idest amatorem iusticie et veritatis quia semper veritatem dicit. Et facit hominem seuerum idest executorem studiosum ad punitionem malorum. Unde non parcit coniunctis non amicis neque beniuolis: sed omnes equaliter punit: nec vincitur prece neque precio neque ti-

more vel amore: sed ita i paruo iudicat
sicut in magno. Et in hoc consistit vt⁹
iusticie. Et iste quattuor dicuutur vir
tutes morales que possunt etiam esse
apud infideles: sed nec sunt imperfecte
quia non habent gratiam informantez
ac illustrantem easdem virtutes: q2 gra
tia huiusmodi sine fide habere non pōt
vnde q2 ifideles carēt fide: ideo nō pos-
sunt virtutes habere perfecte. Alie
tres dicuntur theologice quarum pria
est. Fides. hec est virtus habens fun
damentum salutis eterne sine qua ho-
mo saluari non potest. Fides autez fa-
cit credere hominem ea que non vidit.
Et hec credulitas debet ꝑuenire ex au-
ctoritate scripturarum sanctarum: non
propter argumentum vel propter ratio
nes hoc comprobantes: quia tūc fides
non haberet meritum si vellet habere ꝓ
bationem z experimentuz. Et ideo xp̄s
dixerat Thome dubitāti de eius resur
rectione nisi tangeret latus z loca clauo
rum: Thoma quia me vidisti credid isti
sed beati qui non viderunt z crediderūt
Fides autem catholica consistit in du-
odecim articulis fidei ſm q supra de ar
ticulis fidei dictum est: z in hoc consi-
stit virtus fidei. Spes z hec virtus
ex qua expect mus habere remunera-
tionem quam credimus scilicet vitam
eternam secūdum q in sacra pagina no
bis promittitur: vbi dicitur: qui bona
egerunt ibunt in vitam eternam. Et
hec facit hominem forte z constantem
ad sustinendū omnes necessitates: om
nemq3 penitentiam z persecutionem:
propter deum quia sperat recipere cen-
tuplum pro vno z vitam eternam: dicē
te christo: cum vos persecuti fuerint et
dixerint omne malum aduersum vos
mentientes propter me: gaudete z exul
tate: quoniam merces vestra copiosa ē
in celis. Et in hoc consistit virtus spei.
Charitas. hec est virtus ꝑfectissima
omnium virtutum sine qua cetere om-
nes virtutes sunt vane: quia qui nō hz
charitatez nihil hz. Est autē charitas ꝑ
quā diligimus deū a primo z principa-
liter ꝓpter se super oīa z per oīa z i oīb⁹
Et diligimus ꝓximum sicut nos ipsos
z hoc ꝓpter ipm deum. Et habet hec vir
tus tantam perfectōem q dum homo
est in charitate oīa quecunq3 facit bona
sunt: z deo grata. Et si homo nō ē i cha-
ritate: si oīa bona toti⁹ mūdi faceret nō
prosunt sibi ad salutem. Et ē sciendu3 q
in vita eterna nō erit fides neq3 spes: s3
charitas bene erit. Et erit perfectior
ibi q̄ in hoc mūdo: z in hoc consistit vir
tus charitatis.

Rubrica de donis spūs sancti.

Sciendum ē q spūs sāctus hēt
septē dona que dat z ꝓcedit ꝓ
ut vult dicēte apostolo. Spi
ritus vbi vult spirat. Et dicun
tur dona: quia per gratiaz donātur nō
ex nr̄is meritis: quoꝝ donoꝝ. Primuz
ē. Donū timoris dn̄i: quia initiū sa-
pientie ē timor dn̄i. Hoc aūt donū
habemus: quando timem⁹ offēdere de
um ne separaremus nos ab eo. Itez q
potius vellemes mori q̄ cōmittere ali-
quid contra deuz. Et iste est verus ti
mor q̄ spectat ad donū timoris. Do-
nū pietatis. H donū hēmus qn̄ sum⁹ mi
tes: z pij tā in honorādo deū q̄ i honorā
do ecclīam dei: z sibi tā obediēdo q̄ ēt in
honorādo ꝓximū. i. obediēdo maiorib⁹
nō se ꝑponēdo eq̄lib3 s3 subueniēdo infe
riorib⁹: sibi faciēdo pietatē atq3 miaz: et
iste ē effect⁹ ver⁹ q̄ spectat ad donū pie-
tatis. Donū sciētie. hoc donū habe-
mus quando prudenter disponimus
operationes nostras ad statum salu-
tis eterni tam in dirigendo nos ipsos
in viam salutis q̄ etiam docendo z eru
diendo proximum. Et iste est effect⁹
qui pertinet ad donum scientie qui ꝑn
cipaliter consistit in eligendo bonum z
reprobandum malum. Nam in mū
dus diabolus z caro nostra semper ex-

citant nos ad malum. Spiritus autem & ratio intellectualis nos semper dirigit in bonum. Donum autem scientie facit nos cognoscere bonum: eligendo ipsum. Et facit nos intelligere malum ipsum reprobando. Et hoc donum est vtile ad resistendum peccatis.

Donum consilij. hoc donum habemus quando deliberamus agere opera sacta & bona quantuncunque sint difficilia & grauia siue ardua: & vitare pericula nostre damnationis. Et iste est effectus qui pertinet ad donum consilij.

Donum fortitudinis. hoc donum habemus quando habemus perseuerantiam in operibus nostre salutis & sumus constantes in confessione fidei vsque ad mortem. De his autem cantat ecclesia. Viri sancti gloriosum sanguinem suum fuderunt pro domino: amauerunt christum in vita sua & imitati sunt eum in morte sua: & ideo coronas triumphales meruerunt: quia vnus spiritus & vna fides erat in eis. Et hic erat spiritus doni fortitudinis: quia dabat eis perseuerantiam & constantiam in fortitudine fidei. Et in hoc consistit effectus doni fortitudinis. Donum intellectus. hoc donum habemus quando cognoscimus deum per comparationem ad creaturas idest quando videmus eum esse perfectiorem omnibus creaturis. per hoc etiam donum cognoscimus deum per illuminationem diuinarum scripturarum secundum quod per studium sacre scripture itellectus noster illuminatur ad cognoscendum deum. Et iste est effectus qui pertinet ad donum intellectus.

Donum sapientie. & hoc est excellentius omnibus alijs donis: quoniam hoc donum habemus quando cognoscimus deum absolute non respectiue idest habendo respectum ad creaturas vel ad scripturas: sed solum ad ipsum deum ipso experimento idest ex ipsa cognitione. Et ista est differentia inter donum intellectus & hoc donum sapientie: quia donum intellectus dat dei cognitionem per respectum ad creaturas vel ad scripturas. Et hoc donum sapientie dat dei cognitionem ex illo extrinseco respectu vt dictum est. Et per hoc donum gustamus dulcedinem et suauitatem ipsius dei. Et iste est effectus qui pertinet ad donum sapientie.

Rubrica de beatitudinibus.

